

increpans, quod laudis suae esset incuriosus, talem reddidit, ut postea exactiones improbas detestans fiscum lienem vocaret, quod eo crescente artus reliqui tabescunt.

Igitur Iulianus, redacta ad unum se orbis Romani 43  
5 curatione, gloriae nimis cupidus in Persas proficiscitur. Illic a transfuga quodam in insidias deductus, 2  
cum eum hinc inde Parthi urgerent, e castris iam positis arrepto tantum clipeo procurrit. Cumque in- 3  
consulto ardore nititur ordines ad proelium componere,  
10 ab uno ex hostibus et quidem fugiente conto percutitur. Relatusque in tabernaculum rursusque ad hor- 4  
tandos suos egressus, paulatim sanguine vacuatus, circa noctis fere medium defecit, praefatus consulto sese de imperio nihil mandare, ne, uti solet in multitudine  
15 discrepantibus studiis† amico ex invidia, reipublicae discordia exercitus periculum pararet. Fuerat in eo 5  
litterarum ac negotiorum ingens scientia, aequaverat philosophos et Graecorum sapientissimos. Usu promptior 6  
corporis, quo validus quidem, sed brevis fuit. Haec 7  
20 minuebat quarundam rerum neglectus modus. Cupido laudis immodica; cultus numinum superstitiosus; audax  
plus, quam imperatorem decet, cui salus propria cum semper ad securitatem omnium, <tum> in bello maxime conservanda est. Ita illum cupido gloriae fla- 8  
25 grantior pervicerat, ut neque terrae motu neque plerisque praesagiis, quibus vetabatur petere Persidem, adductus sit finem ponere ardori, ac ne noctu quidem visus ingens globus caelo labi ante diem belli cautum praestiterit.

30 Iovianus, genitus patre Varroniano, incola agri 44